

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae XXXIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

diuinis. Hunc morem attigit Asconius in lib. I. Ver. c. 9. *Cum in rem aliquam, inquit, agerent litigatores, et poena se sacramenti peterent, posebant iudicem: qui dabatur post trigesimum diem.* Cicero lib. I. de Orat. c. 10. *Agerent tecum lege primum Pythagorei omnes atque Democritici, ceterique, in suo genere, physici vindicarent, ornati homines in dicendo et graues, quibuscum tibi iusto sacramento contendere non liceret.* Valerius Max. lib. 7. c. 7. *Sacramento cum adolescentulo contendere ausi non sunt.* Ibidem c. 8. *Aphronia cum sorore sacramento contendere noluit.*

Quereris] Questus erat Voluminus, dominari in iudiciis, absente Cicerone, homines infantissimos.

Multo laboro minus] Quam de tuenda salinarum possessione, id est, de dictis meis, ut agnoscantur, laboro: de iudiciis non item.

Trabantur pedibus] Vel si mala illis omnia eueniant, non laboro. lib. 4. ad Attic. epist. 16. *Fratrem mecum et te si habebo, per me ista pedibus trabantur.*

Vel Seli] Non bonus orator.

Se liberum] Ergo, liberum non esse, opinio fuit: ideo dixit, ut possit probare, quasi rem difficilem.

Interdictis] Quia possessio praetoris interdictis defendi solebat; propterea, cum ageret de possessio-

ne vrbانيتatis defendenda, iudiciali verbum lepide vsurpauit.

Te vnum] Qui omnes vrbانيتate vincis.

Te sapere] Quia falsas laudes non agnoscis.

Illa] De Curionis tribuni plebis ingenio ad nouitatem propenso, quod postea res ipsa comprobauit: nam Caesaris causam oppugnauit primum, deinde defendit. lib. 8. epist. 6.

Nostrum illum amicum] C. Curionem, tribunum plebis in locum Seruii designatum: vt lib. 8. epist. 4. Iure autem Cicero verebatur, ne non satis grauem Curio se praebere in tribunatu, leuissime enim ab optimatum causa ad Caesarem transiit: vt lib. 8. epist. 6. et lib. 2. epist. 13.

Gratuitatis] Quam non habuit. lib. 8. epist. 6. et lib. 2. epist. 13.

In amoribus] In deliciis.

Quantuis in me ingrata sit] Dicit hoc propter iniquam aestimationem rerum suarum. vide lib. 4. ad Attic. epist. 2.

Dolabellam] P. Cornelium Dolabellam, postea Ciceronis generum.

Redde meum] Lib. 16. epist. 19. *Demetrium redde nostrum.*

Desit] Amori illius erga me. *Non videor nimium laborare*] Cum valde tamen laborem.

EPISTOLAE XXXIII.

ARGVMENTVM.

Afflicta republica, sublata exercitatione forensi, retulit se Cicero ad declamationes, auditoribus Hirtio, Cassio, Dolabella. quibus quod non interesset, angere se scripserat Voluminus, et Hirtio propemodum invidere. Cicero Hirtii laudat eloquentiam, sibi detrahit potius, quam arrogat.

arrogat. *Volumnium vero inuitat ad eadem studia: deliberatum sibi iam significans, abdere se totum in litteras, Caesare permittente. Scripta videtur post bellum Africanum, Caesare ill. et Lepido coff.*

EXPLANATIO.

Declamationibus nostris] Cur se ad declamandum Cicero contulerit, causa exponitur lib. 9. epist. 18.

Nihil sumus] In arte oratoria.

Displicemus] Etiam si aliquid sumus.

Gregalibus] Sociis, praestantibus viris, ciuili bello amissis. Pro domo c. 28. *Catiliae gregales.* De harusp. resp. c. 25. Neque P. Clodius, neque quisquam de gregalibus eius.

Enisimus] Loquitur de libris suis.

Pinnigero ERN. Pennigero, non armigero in corpore] Non dubium est intelligi de auibis: quas Philoſtetes conſigebat tardus, celeres, stans volantes. Alii tamen, *pinnigero*, legere maluerunt, contra Quinctiliani lib. 1. c. 4. sententiam, qui *pinnas* de auibis dici non vult. *Pennigero* etiam est in meis veteribus libris. Lib. 5. de Fin. c. 11. *Philostetes cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum,*

Conſigebat tardus celeres, stans volantes,

ut apud Attium est,

Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.

Ingeniſcebat Cicero, quod ingenium suum non, ut antea, in agendis causis, aut in tuenda republica, sed in declamationibus illis exerceret.

Exceperimus] Translatum verbum, quia dixerat, *concursum*. qui enim concurrentes occupationes

ita exci. it, ut ab iis ne prosternatur; iustam atque ab omnibus concessam facultatem habet in otium discedendi.

Multam salutem et foro dicam, et curiae] Relinquam forum, et curiam: neque causas in foro agam, neque sententiam in senatu dicam: quae mihi antea curae erant. Modus loquendi de Gracco fonte deriuatus. lib. 8. ad Attic. epist. 8. *Πολλὰ χάριν τῷ καλῷ* dicens, *pergit Brundisium.* Plato in epistola ad Perdiccam, et in Critone; Euripides, alii.

Communibus nostris amatoribus] Similiter dixit, *amatorem tuum*, lib. 9. epist. 15.

Cassius] C. Cassius, qui postea Caesarem occidit.

Dolabella] Qui et ipse declamare solitus erat audiente Cicero: itaque discipulus vocatur lib. 9. epist. 7. 14. 18. vide Quinctilianum lib. 12. c. 11.

Meis acquirissimis vtuntur auibis] Libenter eos audio declamantes.

Opus est huc] Ad haec nostra studia requirimus iudicium et doctrinam tuam.

Limatulo et polito] Translatio ab operibus, quae limantur primum, deinde etiam poliuntur, ut magis placeant.

Interioribus] Reconditis, non vulgaribus. lib. 3. epist. 10. et in Bruto c. 76. *Erant in eo (L. Torquato) plurimae litterae, nec eae vulga-*

vulgares, sed interiores quaedam et reconditae.

Meis (deleuit ERN.) Quibus ego maxime delector; amoribus et deliciis meis.

Verecundiores me in loquendo facis] Iocari Ciceronem non dubito: cum ipse potius, eloquentia longe omnibus antecellens, maximeque litteris interioribus instructus, verecundiores alios in loquendo faceret.

Indicatum] Deliberatum, constitutum.

Patietur] Mihi optanti concedat.

Volet] Vel si ipse non optem.

Deponere illam personam] Causas non agere, nec in senatum venire. Supra: *Multam salutem et foro dicam, et curiae.* Translatio ab histrionibus, qui varias personas suscipiunt, et modo senem agunt, modo iuuenem, modo herum, modo seruum. lib. 5. epist. 3.

Iam] Cupiditatem indicat haec particula personae deponendae.

Probaui] Ut histriones populo se probant, cum suas egregie partes agunt: ita ego me Caesari factis iam probaui; cum et in senatum venerim, et causas apud eum egerim, ut pro Deiotaro, pro Ligario.

Ac me totum in litteras abdere] Lib. 9. epist. 20. *Litteris me involuo.*

Ne perinuitus ERN. pluribus legerem] Quamquam obscura sententia est, consensum tamen omnium antiquorum librorum non video, cur contemnam. *Perinuitus*, pro pluribus, placeret, si vel vnius libri veteris testimonio comprobaretur, aut, si mutatio quam minima fieret: quod in coniecturis probare maxime soleo. nam, quod ad sententiam attinet, recte opponerentur, *perinuitus legerem, gratissimas fore.*